UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Calepinus Ad librum

Calepino, Ambrogio

Venetijs, 1509

T ante J

urn:nbn:de:hbz:466:1-97861

Visual Library

Item threix quod thracenſem indicat ſit femininum. threſſa et threiſſa. Et adiectiua threicus: threicius: de quibus habentur exempla apud poetas.

Thraſceas ventus qui ⁊ thacias ⁊ thraſcias dicitur. Ariſt. Poſt argeſten ventum ſiat thraſceas ſpirat inter ſeptentrionem ⁊ occaſum ſolſtitialem.

Thraſyllus: nomē viri ꝓpriū: ⁊ latine dr̄ temerarius audax.

Thraſybulus: vir atheniēſis: de quo ęmilius ꝓbus ait: ꝙ ſi pſe virtus ponēda ſit dubito an hunc primū oīum ponā. Illud ſine dubio neminē huic ꝑfero fide: ↄſtantia: magnitudine aī ⁊ amore in patriā. Hic athenas a triginta tyrānis oppreſſas in libertatē redegit. Fuit ⁊ alius Mileſiorū tyrannus.

Thraſymedes: fuit filius Neſtoris.

Thraſus: nomen viri quod apud nos fiduciam ſignificat quę grece θρασος dicitur.

Thraſumenus. pe. pro. lacus in agro peruſino: quem ſemel totū arſiſſe ſcribit. Ply. lib. ij. de hoc Ouid. lib. vj. fa. Sunt tibi flaminus thraſumenaq̄ littora teſtes.

Thraſo nomen viri proprium apud terentum.

Threnos generis neu. latine dicitur lamentum quod in funeribus fit: quo primū. Symonydes vſus eſt apud grecos θρηνος enim planctus dicitur.

Threnodia. cantus lugubris.

Thrips. tinea απο του θρηπτειν qđ ſigt̄ terere. i. frangere.

Thryus. untis. vrbs in helide. A thriunte athenienſi conditore dicta. Eſt ⁊ fluuius helidis qui in alpheum decurrit: de quo Home. lib. ij. ili. Meminit.

Thronus. a noſtris ſedes ſiue ſolium dicitur: quāuis in ſcripturis ſacris throni quandoq̄ non pro cathedris: ſed pro virtutibus aliq̄bus ī cęleſtibus in quibus deus ſemper ſedeat q̄ſi in quadriga ſua ponantur.

Thryas. bacchi ſacrificula.

Thucidydes. is. ⁊ dę. proprium nomen hiſtorici gręci.

Thyaſas dr̄ ſaltatio ⁊ chorea dr̄ q̄ baccho exhibebat̄ a θύω ſacrifico. Virg. Inſtituit daphnis thyaſos inducere baccho.

Thyeſtes fuit filius Pelopis ex hippodamia: ⁊ Atrei frater ac tantali nepos: de quo poetę ſcripſerūt. Inde thyeſteus. a. um Ouid. lib. xv. me. Neve thyeſteis cumulemus viſcera mēſis

Thyella: a noſtris dicitur procella: poniturq̄ ab Homero pro vna harpyarum.

Thurinus: gn̄s eſt piſcis marini: thurinū oppidū īter duos amnes cratim ⁊ ſybarim vbi Herod. ↄdidit hyſtoriā. Thaurini ppl'i ſūt quos Ply. in tertia italię regione collocat.

Thurion. ciuitas fuit in ſinu tarentino: quę vt quidam putant ea etiam thurana vocatur.

Thunnus. per duplex. nn. nomen piſcis.

Thus ⁊ thuſcia. vide in dictione Thus.

Thymbra. gn̄s hęrbe aromaticę abūdās ī phrygia: quā thyma lē vocam⁹. Virg. lib. iiij. ge. Et grauiter ſpirātis copia thymbrę. Hęrba hęc eſt callida ⁊ ſicca ⁊ latine dr̄ ſatureia: a ſatyris ꝙ ſint in venerem trinus hęc aīalia prona.

Thymbreus apollo dictus eſt ab agro troię vicino tymbrę pleno in quo eius eſt ⁊ nemus ⁊ templū ſane q̄ꝛ θυμβρη in deriuatione eni in diphthongū ſępius mutat: vt αιτνη ętnęus Διρκη. Dircęus κρητη cretęus. Vel thymbreus quaſi: του ομβρα θεις. hoc eſt imbres excitans.

Thymele. pe. cor. nomē mulieris q̄ prima ſaltationē in ſcęna docuit. Gręci thymelen ſcęnā vocāt hoc eſt cām theatri partē: vbi geſtiūt hiſtriones. Mar. Qua thymelen ſpectas deriſoremq̄ latinū. Suidas ſcribit fuiſſe arā in theatris thymelen

Thymelici: ludij hiſtriones. vnde a Victru. dictum eſt Scęnici ⁊ thymelici: grece ſeparatim nominātur in Decretis. di. vlti. de conſecra. ſacerdotes admonentur: de cōuiuio ſurgere debere anteq̄ thymelici ingrediantur.

Thymiama. atis. odor ſuauiſſimus Thymi naturam referens. Hoc incendebat̄ in ſacrificijs: appellantq̄ gręci Thymiateria vaſa odorum quę maiores noſtri acerras dixerunt.

Thymus ⁊ thymū hęrba apib⁹ gratiſſima. Virgil. Dūq̄ thymo paſcent̄ apes: dū rore cicadę. Macer. Si deſit thymus ꝓ thymo ponere thymbrā pręcipiūt medici. Sūt āt duo thymi genera. Albū. ſ. ⁊ nigrū. Vn̄ bithymū mel qđ ex vtroq̄ thymo collectū eſt. Et thymus vt inquit Iul. Pollux verrucula eſt ęgyptię fabę magnitudine ſcabra ⁊ ſubrubens ſanguine cuius ſūma pars vt celſus inq̄t florē thymi reꝑſentat in genitalibus ſede feminibus palmis ⁊ īferioribus pedū partibus.

Thymallus. gn̄s piſcis ꝑcioſis de quo Amb. lib. hexa. Neq̄ te in honoratū nr̄a perſecutione thymalle dimittam: cui a flore nomē inoleuit ſeu Ticini vnda te fluminis ſeu amęni atheſis vmbra nutrierit flos es. Quid ſpecie tua gratius: q̄d ſuauitate iucundius: quid odore fragrantius. Quod mella fragrant: hoc tu corpore tuo ſpiras.

Thyone⁹. cognomē bacchi qđ a θύω ꝓ ſacrifico deductū putāt qđ illi adhuc īter humanos verſanti ſacrificia reddebantur.

Thyrę ciuitas meſſeniorū. Sꝫ diuus Aug. lacedęmonijs adſcripſit: ꝙ Meſſenij cū Antonio ſenſiſſe viderent̄. Papi. Et lacedęmoniū thyrę lectura cruorē. Hinc Thyreaticę ſpartanorū corollę quędā appellatę. Sciendū eſt thyrę numero plurali gn̄e neutro per ſyneresin efferri. θηρεα και θηρη. etiam ſi numero ſingulari. Thyrea quoq̄ dici pōt. Stra. Thuriam appellat. Eſt ⁊ Thyreū oppidū in arcadia: thyrę etiam gręce latine hoſtia dicuntur. A quo thyridion hoſtiolum.

Thyrſis nomen paſtoris proprium.

Thyrſus: virga ⁊ caulis cuiuſlibet hęrbę ꝑſertim lactucę. Ply. Inuentū oēs thyrſos vel folia lactucarū ꝓrogare vxceis cōditos ac recētes in patinis. Idē. Folia lactucę toſta thyrſuſq̄ ex aceto bibunt̄. Alij accipiūt thyrſum ꝓ haſta aculeata hęderis obtecta q̄s in orgijs bacchicis q̄tiebant. Tacitus. Meſſalina crine fluxo thyrſum q̄tiens: ſcribit Diod. Dionyſiū in exercitu habuiſſe mulieres thyrſis armatas. ⁊ Macro. ait. Liberū patrē tenere thyrſum qđ eſt latens telum cuius mucro hędera labente ꝓtegit̄. vn̄ Thyrſigerus dictus eſt bacchus. Seneca in Medea. Candida thyrſigerij ꝓles. Lucretius accipit thyrſum pro furore ſeu ardore ⁊ inſtinctu: cum ait. Percuſſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor.

Thyſbe. thyſbes. nomē puellę babilonicę. De qua Ouid.

Thyſſagetę: ppl'i fuerūt ī ſcythia vltra ſauromatas. In horū agro ſūt q̄ttuor flumina: videlicet Lycus. Oarus. tanais ⁊ ſyrgis.

T ante I

Tiara gn̄is fe. pe. pro. Ornamentū capitis perſicarū prius mulierū. Quo poſtea vſi ſūt reges ⁊ ſacerdotes. Iuue. Et phrygia veſtit̄ bucca tiara. Virg. Per vſurpatōēꝫ dixit: Sceptrū ſacerq̄ tiaras. Hiero. ad fabiolā. Quartū eſt genus veſtimenti rotundū pileolū q̄ſi ſphęra media ſit diuiſa: ⁊ ps altera ponatur in capite. Hoc gręci ⁊ nr̄i tiaram nōnulli galerū vocant. Nō hꝫ acumē in ſūmo: nec totū vſq̄ ad comas tegit ſꝫ tertiā partē a fronte in opertam relinquit: atq̄ ita in occipitio vitta conſtrictus eſt: vt non facile labatur ex capite.

Tiatira. vrbs in myſia ad ſiniſtram Caici fluminis partē. Quę fuit vna ex ſeptem eccleſijs. Ad quas Ioānes apoſtolus ſcripſit apocalypſim.

Tibia ꝓpria os cruris oppoſitū ſurę. Itē inſtr̄m muſicum quo tibicines canunt. ſic dicta ꝙ primo ex gruum tibijs facta ſit a quibus nomen habet. tum ex harundinibus: facta ſit. Hora. Tibia non vt nunc orichalco iuncta tubęq̄.

Tibialis. ⁊ hoc tibiale qđ eſt idoneū ad tibias faciendas. Ply. tertia harundo eſt tibialis calami quē auleticon vocant.

Tibialia. ſubſtātiuū dn̄r velamēta tibiarū: q̄n etiā arma quibus crura muniunt̄ tibialia vocant̄. Sue. de Aug. Hyeme q̄ternis cū pingui toga tunicis ⁊ ſubuculę thoracę laneo: ⁊ feminalibus ⁊ tibialibus muniebat̄. Paul. iur. cō. Si tibiale vel humerale miles alienauit caſtigari verberibus debet.

Tibicen. pe. pro. qui tibia canit. Dicitur ⁊ tibicina feminino gn̄e Gel. Feminas etiā tibicinas in exercitu habuit. Mar. Ebrianos madidis rumpit tibicina buccis. Et tibicines in ędificijs appellantur colūnellę q̄bus ruſtici tecta ſua fulcire ſolēt a ſimilitudine tibia canentiū qui vt cantantes ſuſtineāt. ita illi ędificiorum tecta. nec hꝫ in hoc ſignificato niſi abltūꝫ ī ſin

gulari. Juue. Nos vrbē colimus tenui tibicine fultā. Quicq̄d
etiā in ſuſtentaculo alterius ponitur: tibicē dicitur. Ouid. li.
iiij. faſt. Hęc mō verſabat ſtantem tibicine telā. vnde Uirg.
Per tranſlationem ſua hemiſtichia tibicines vocauit. Ipſe
quoq̄ȝ particulę q̄bus verſus replentur tibicines a grāmati
cis appellant̄. Uirg. Sic forte precatur. Nam forte vacat.

Tibareni vt Herodo. lib. iij. teſtatur: fuerunt populi ſcythici in
aſia. De quibus Hierony. Tibareni quos dilexerint ſenes ſu
ſpendunt in patibulis.

Tiberius nomen imperatoris romanorum Auguſti ſucceſſoris
tiberij autem ex eo dicti ſunt q̄ iuxta tiberim fluuium naſce
rentur. Unde ⁊ per. y. ſcribi ſolet.

Tibiſis: fluuius in ſcythia: vt auctor eſt. Herodo. lib. iiij.

Ticinus fluuius inſubrię in eridanum fluens: a quo ticinū vrbs
quę nunc papia dicitur. Inſignis diui patris Auguſtini cor-
pore Serenus penultimaȝ huius nominis corripuit: cum ait
Alia precepit ticini ſententia necti.

Tignus maſ. gn̄is: ⁊ tignū neutri: trabs qua varie diſpoſita do-
mus extruit̄. Et p̄prie cui ſuperponit̄ tectū a tegēdo nomen
deductū. Et tigni noīe oē genus materici ex qua ędificia cō-
ſtant continet̄. Sed ⁊ in vineis tigni appellatione oīa vineis
neceſſaria ꝯtinent̄: vtputa perticę pedamenta. Hinc ꝯtigno.
as. q̄ꝺ eſt tignis tectū iungo. Ply. li. ix. Alexādri magni claſ-
ſium p̄fecto p̄didere in domibus fores maxillis bęluaꝝ. ſ. ba-
lęnaꝝ facere oſſibus tecta contignare ex q̄bus multa q̄drage
num cubitoꝝ lōgitudinis reperta. Et ꝯtignatio textura ipſa
trabium ac tignoꝝ. Coaſſatio vero aſſium dicitur.

Tignarius. faber. non ſolum is qui tigna dolat: ſed etiā qui ſo-
laria lignea hoc eſt qui trabes: cęteraq̄ȝ ad tabulata domus
vtilia: ⁊ omnis qui ędificat intelligitur inquit Caius.

Tigillus. diminutiuum eſt a tignus: tigillum a tignum ſicut ſi-
gillum a ſignum.

Tigranes. is. ⁊ tigranę. penultima p̄ducta proprium nomen re
gis medorum: ſeu maioris armenię. Luc. lib. ij. tygranemq̄ȝ
meum: nec pharnacis arma relinquas.

Tigrana: vrbs in media regione.

Tigris aīal velociſſimū ⁊ truculētū a velocitate nomen trahit.
Nā medi tigrim ſagittā appellāt. Abundat hyrcania tigribꝰ
Uirg. Hyrcanęq̄ȝ admorunt vbera tigres. Arrhianus q̄ res
geſtas alexādri ꝯdidit tigrim ferā indicā non eā eſſe voluit:
quā vulgus tigrim nominet: ſȝ hāc eē thoa. Tigrim v̄o ęqui
magnitudine: flumēq̄ȝ magnū tigris ēt appellat̄ pp̄ velocita
tem qui inſtar beſtię nimia parnicitate decurrit. Hic de pa-
radiſo exiēs iuxta ſcripturę fidem: p̄genſq̄ȝ ꝯ aſſyrios ⁊ poſt
multos circuitus. Joſepho teſte in mare rubrū defluit. Soli
nus tigrim fluuiū in armenia caput attollere dicit in loco edi
to ex lucido cōſpicuoq̄ȝ fonte. Nec ab exordio ſtatim totum
eſſe. primo pigre fluere non cum ſuo nomine. At cum fines
medorum inuectus ſit: tigrim ſtatim vocari. Arecuſam lacū
influere grauia pondera ſuſtinentem cuius piſces nunq̄ȝ ſe
alueo tigridis īmiſceant: ſicut nec amnici ſtagnum attingant
arecuſę. Mox arabas pręterfluens meſopotamiam ample-
ctitur: ⁊ hidaipem accipiens euphratemq̄ȝ defertur in ſinum
perſicum. A tigri fluuio dicti ſunt tranſtigritani: qui tranſti-
grim habitant ſicut tranſpadani. Et tam pro fluuio quā pro
animali: tigris: vel tigridis genitiuum facit.

Tigurini fuerunt populi germanię qui quartam partem belue
tię continebantur.

Tile nomē duaꝝ inſulaꝝ q̄rū vna ē in oceano īter ſeptētrionalē
⁊ occidentalē plagā vltra britanniā quę vltima fuit ex cogni
tis a romanis. Uirg. li. j. ge. Tibi ſeruiat vltima tile. In ea ſol
ſtitio ęſtiuo nullas eſſe noctes. Ply. tradit. Ecōtrario vt ſo-
linus refert brumali ſolſtitio nullus pęne dies. Ultra eā pi-
grā ⁊ concretū mare eſſe ferunt. Altera in africa contra ſinuȝ
carthaginis. ſunt tamen qui ſcribant thyle per. y.

Tilos inſula eſt: vt ſcribit Ply. lib. vj. cū oppido eiuſdeȝ noīs in
mari indico celeberrima plurimū margaritis. Ipſa fert pal-
mas: oleas creat vineis abundat. In ea oīs arbor nunq̄ȝ fo-
lijs ſpoliat̄. Mons caucaſus nō longe ab ea incipit qui ma-
ximā orbis partē p̄petuis iugis penetrat. Eadē inſula hȝ lani
geras arbores: vt ſcribit Ply. li. xij. Quę cotonei mali ampli
tudine cucurbitas ⁊ maturitate ruptę oſtendūt laniginis pi-
las ex quibus veſtes precioſę fiunt.

Tilia. arbor quā gręci phyllira appellant: q̄ȝuis ⁊ ex alijs arbo-
ribus tilię dicant̄. Nā de interioribus corticis vlmi tunicis
e quibus vincula tilię vocantur. vn̄ Ply. de vlmo differens.
Corticis inq̄t īterior tilia lepras ſedat. De arbore tilia. Uirg.
lib. ij. ge. Nec tilie leues: nec torno raſile buxum. Hinc tilia-
ceus. a. um. vn̄ faſcię tiliacę. Jul. capitolinꝰ de Antonino pio.
Cum ſenex inquit ⁊ longus eſſet: incuruareturq̄ȝ tiliaceis ta
bulis in pectore faſciabatur.

Tilium. vrbs littoralis a latere occidentali ſardinię.

Timauus. pe. p. nomen fluminis iuxta aquileiam. Qui e monti-
bus delatus decidit in profundū: deinde infra terram abſor-
ptus ſtad. circiter. xxx. ⁊ centum erumpit in mare.

Timeus: nomen proprium phyloſophi locrenſis cui diuinum
illud opus Plato inſcripſit in quo de rerum creatione diſſe
rit: quod Ci. poſtea latinum fecit.

Timarchides: nomē viri p̄priū cōpoſitū ex τιμη q̄ eſt honor ⁊
αρχοντος p̄ncipis facitq̄ȝ in gtō timarchidis ⁊ timarchidę

Timātes: nomē pictoris celeberrimi. parrhaſij ęmuli. Inter eiꝰ
v̄o ingenij monumēta Iphigenia oratoꝝ laudibus celebrat̄.

Timor. vt Ci. li. iiij. tuſ. inq̄t eſt metus mali appropinquātis.

Timeo. es. mui. varijs modis ꝯſtruit̄. Dicimꝰ enī timeo te tanq̄ȝ
inimicū. Timeo tibi tanq̄ȝ amico ne q̄ mali tibi accidat. Ter.
Pāphili vitę timeo. Timeo mihi abſte. Idē. heu mihi timeo
a chryſide. Inuenit̄ ēt cum abltō mediante de Ouid. lib. iiij.
fa. Nec timui de morte tn̄ metus abſtitit. Item dicimus. Ti-
meo furem tauro. Juue. cū fureȝ nemo timeret caulibus aut
pomis. Et timeo mihi abſte mortem. Sciendum eſt hoc ver
bum timeo idem efficere: vel cum negatione vel ſine ea vt ti
meo vt moriatur: ⁊ timeo ne moriatur. Hoc idem facit Me
tuo Uereor ⁊ hmōi. Cōpoſita ſunt. Extimeo q̄ꝺ eſt valde ti
meo. Plau. in ciſ. Extimuit tū illa: hic extimeſco. Ci. in cato.
Q̄ꝺ igitur adoleſcentes ⁊ hi quidem non ſolū indocti: ſed ēt
ruſtici ꝯtēnunt: id docti ſenes extimeſcūt. Pertimeo ſilr̄ val
de timeo. Idē lib. ij. ad heren. Defenſor ſi p̄timuerit magnitu
dine periculi non ꝯſcientia peccati cōmotum ſe eſſe dicet. Si
non pertimuerit: fretum innocentia negabit ſe eſſe cōmotū.
Hinc pertimeſco. Lactā. lib. iij. Quare non eſt q̄ phis tn̄ ho
noris habeamus: vt eoꝝ eloquētiā p̄timeſcamus. Hier. huic
v̄bo addidit valde. Ex quo timeo: ⁊ valde p̄timeſco. Preti-
meo an̄ tp̄s timeo. Lac. lib. vj. Nā parcere. i. mediocriter vti
pecunia: q̄ſi quędā aī puſillitas eſt: aut p̄timentis ne ſibi de-
ſit. Plau. in am. Humana matre natus: humano patre mira
ri non eſt ęquū ſibi ſi prętimet. Et habent ti. ſyllabam cor.

Timens ⁊ timidus: ſic differunt quia timens ex cauſa ⁊ ad tem
pus timet. timidus ſemper timet.

Timotheus. pe. cor. nomē propriū cononis atheniēſis filij q̄ ac-
ceptā a patre gloriā multis auxit virtutibus. Fuit enī diſer-
tus ipiger laborioſus: rei militaris peritus: ⁊ q̄ꝺ ſuper oīa ē
ευτυχης. i. fortunatus īperator habebat̄: cui ſtatua publici-
tus in foro athenis poſita eſt: ob victoriā q̄ victis lacedęmo-
nijs imperiū athenienſiū auxit. Poſt huius obitū non fuit q̄ſ
q̄ȝ fere athenis dignus memoria. Fuit alter Timotheus in
arte tibiarū clarus quē ferunt duplices ab his quos alius in
ſtituiſſet ſolitum exigere mercedes quā ſi rudes traderētur:
geminatum ſibi opus dicebat dedocendi prius mox docēdi.
dictum Timotheus ex τιμη honor et θεος deus.

Timon apolloniates ph̄s. qui apud chalcedoniam ph̄iaȝ ⁊ ora
toriā exercuit charus Ptolomeo philadelpho. Scripſit tra-
gędias ⁊ comedias: ⁊ ſatyras. Dictus amarulētus ⁊ mordax
ſyllorū. i. dicacitū ſcriptor: de quo Gel. Timon amarulētus li
brum maledicentiſſimū cōſcripſit qui ſyllos inſcribitur. Fu
it ⁊ alius Timon athenienſis qui ob naturę aſperitatē in hu
manus ac īhoſpitalis appellatus ē. ⁊ Miſanthropos. i. oſor
hoīum congreſſus atq̄ȝ colloquia pręter vnius. Alcibiadis
in eius ſepulchro hoc erat epitaphium. quod ipſe ſibi fecit.

Hic ſum poſt vitam miſeramq; inopemq; ſepultus. Nomē non queras. Dij lector te male perdant.

Timomacus. fuit pictor byzantius Ceſaris dictatoris etate qui aiacem ceſari pinxit.

Timoleon. vir corinthius clariſſimus oīum iudicio: q̄ oppreſſaꝫ a tyranno patriā liberauit: de quo Plu. multa ſcripſit.

Tinea vermiculus eſt qui de carne editus veſtes aut libros abrodit. Hora. ad librum. Aut tineas paſces taciturnus inertes aut fugies vricam: aut vinctus mitteris ilerdam. Et in eccleſiaſtico. De veſtimētis pcedit tinea ⁊ a muliere iniquitas viri. Item tinee ventris aīalia ſunt. Elminthes greci dicunt in inteſtini recti extremo reperte. Has celſus lumbricos appellat. Itē Tinee ſūt vermes in alueariibus apibus noxij. Col. lib. x. Preterea vt tinee ſi apparuerint euertant: papinioneſq; enecent qui plerūq; īter aluos morātes apibus exitio ſūt Nā ⁊ ceras erodūt ⁊ ſtercore ſuo vermes pgenerant quos aluorum tineas appellamus. Hinc tineoſus. a. um. vt aluei tineoſi apud Colu. lib. x.

Tinia: vaſa vinaria apud antiquos fuere vt inqt ſeſtus. Noni⁹ tinas appellauit apud quos grādiora nō erant veluti apud nos ſub hoc vocabulo habent. nec ad eos vſus parata. His nāq; e ligno fabricatis muſta cum vinaceis noſtra ebulliunt apud veteres autem inter epitrapezia numerantur.

Tinio. is. iui. itum. proprie de metalis dicitur cum ex eorum pulſatione ſonus efficitur. Tinnit enim aurum argētum. es. ferrum: ſtannum: aurichalchum ⁊ huiuſmodi.

Tinulus. a. um. pe. cor. qđ eſt acutū vt vox tinnula: ⁊ ſonus tinnulus: qui redditur ex eneis vaſis cum pulſantur. Ouid. Tinnula que era ſonant ⁊ olent myrtheq; crociq;.

Tintino. as. penul. corre. vt tintinnatur apud Catul. in carmine ſapphico. Dicitur ⁊ tintinno. is. iui. Afra. Tintinnire ianitoris impedimenta audio.

Tintinnabulum ⁊ tintinnale inſtrumentum eneum vulgo campanallus nomen facticium a voce quam facit tintin. Iuuen. Et tintinnabula dicas pulſari nemo tubas.

Tingo. is. xi. ctum. vel tinguo. ſignificat inficio madefacio īmergo. Mar. Mentiris iuuenem tinctis lentine capillis. Lactā. lib. iiij. Cum primū cepit adoleſcere tinctus eſt a Ioāne propheta in iordane flumine. Virg. Quid tm̄ oceano properent ſe tingere ſoles. i. īmergere. Huius compoſitum eſt intingo. Ply. Omnibus que condiuntur: queq; intinguntur deſideratum fetorem tollit manducatum.

Tinctura infectio. Ply. li. xxxvij. Adulteratur maxime tinctura idq; in glīa regis egyptij adſcribit̃ qui primus eam tinxit.

Tinctile. pe. co. qđ intinctum eſt. Ouid. in triſ. Et tinctile virus ſ. quod intinctum eſt ſpiculo ſagitte.

Tiphernum. ciuitas vmbrie que nunc ciuitas caſtelli đr nobilis alumno gregorio grecis latiniſq; lr̄is apprime docto. ſicuti eius opera eloquenter elucubrata manifeſtant.

Tiphis. vir arte carpentaria celebris qui primus gubernādi naues adminicula īſtituit. Sene. ī Medea. Tiphis in p̄mis domitor pſūdi Apollonius ī p̄ncipio. Τιφυς δ᾽ αγνι αδησσι φαεα καλλιπε δημον. ibi aūt θεων ⁊ alij īterp̄tes. αγαθος μεν και ημερος τω ηλιω νυκτος δε προσινα των αςερων τον καιρον του πλου τεκμηρασθαι.

Tipula. penultima correpta. vermis ſex pedes habens ſed tante leuitatis vt ſuper aquā currens non deſidat. Plau. Neq; tipule leuius pondus eſt quā fide lenonia.

Tiryns. tis. ge. maſ. fluuius eſt in agro. Tiryns gene. fe. nomen eſt patrie herculis in peloponneſo que proxima argo a Plynio tirynthia vocatur. Unde ⁊ hercules tirynthius appellatus eſt: q̄uis thebanus quoq; dicatur.

Tiſiphone. penultima corre. vitricem cedis ſignificat. Eſt enim vna ex furijs a cedibus plectendis dicta. τισις vltio vel pena. φονος vel φονη cedos aut mors cui cura ſit mortis vltio. Hora. in ſer. Seruilibus vtq; iam peritura modis hecaten vocat altera ſeuam: altera tiſiphonem.

Titan. ⁊ titanus. pe. pro. Saturni frater: celi veſte filius qui etiā p ſole ponit̃: qm̄ a titanibus duxit originē. Tradunt titanas ſex fratres fuiſſe ⁊ quinq; ſorores a titea matre dictos vt auctor eſt. Diod. Ex q̄bus vnus fuit Iapetus pater promethei hiperionq; ex titanum numero eſt qui ſolis ac lune ſtellarū q; motus obſeruaſſe atq; demonſtraſſe primus fertur. Ideo ſolis parēs ⁊ aſtroꝝ fertur. Hinc ſol titan: luna titania a poetis dicuntur. Ser. ſic habet. Ferūt fabule titanas ab irata cōtra deos terra in eius vltionem creatos. Unde ⁊ titanes dicti ſunt απο της τισεως. i. ab vltione.

Titanus. Saturni frater. Quo etiā noīe dictus eſt mons theſſalie a candore dictus. Titanis. idis. dicta eſt Luna.

Titio. lignum aduſtum qui ab igne extrahit̃: vt eſt apud Eſaiā Noli timere ⁊ cor tuum ne formidet a duabus caudis titionum fumigantium iſtorum.

Titillo. as. per blandimenta ingero puoco cōmoueo: vt ſit cum quis carnis pruritum ſentit. Nā titillari dicuntur ſenſus qn̄ mouentur geſtiūtq; voluptatis dulcedine. Tranſlatum verbum a titillatu alarum vbi dulcedo ſcalpendi eſt ſicut ſcribit Plī. lib. xj. Lactan. lib. vj. Ergo illecebre iſte voluptatum arma ſūt illius cui⁹ vnū opus eſt expugnare virtutē: iuſtitiāq; ab hoībus excludere. His blādimētis ⁊ ſuauitatibus titillat aīas. Scit enī q2 mortis fabricatrix eſt voluptas. Ci. in Cato At non eſt voluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus.

Titus. prenomen romanorum eſt a τιω honoro.

Titulus. Index cuiuſcunq; operis. Unde in ſtatuis ſiue picturis titulum dicimus litteras que vel artificis vel eius cuius ſtatura vel imago eſt nomē demonſtrat: vel tempus quo factum eſt declarat. Sue. Plurima ⁊ ampliſſima opera incendio conſumpta reſtituit: ſed omnia ſub titulo tm̄ ſuo ac ſine vlla p̄ſtini auctoris memoria. Item titulus libri dicitur: qui vel qualitatem operis vel nomen auctoris vel numerū oſtēdit. Mar. Primus vbi eſt inquis cum ſit liber iſte ſecundus quid faciam ſi plus ille pudoris habetur. Tu tamen hunc fieri ſi mauis regula primū vnum de titulo tollere iota potes. Ouid. Legerat huius amor titulum nomenq; libelli. Dictus titulus a tuendo quaſi tutulus q2 tueatur factum auctoris: et ſi quis alterius opus eſſe contendat veri opificis indicet nomen. Per tranſlationem quandoq; ponitur pro laude ⁊ dignitate. Ouid. lib. ij. faſt. At tua proſequimur ſtudioſo pectore Ceſar. nomina per titulos ingredimurq; tuos. Aliquādo pro monumento. Apul. Auorum ⁊ proauorū titulus clarus. Tituli etiam dicti ſunt milites quaſi tutuli qđ patriā tuerent̃ Unde ⁊ titi prenomen eſt ortum. Perſius. Hic nec more probo videas nec voce ſerena. Ingentes trepidare titos.

Titulo. as. titulū impono. Hier. in plo. ſup p̄s. Sciendū eſt. cl. p̄s Dauid ceciniſſe q̄uis alioꝝ noībus titulentur.

Titubo. as. pe. cor. pprie pedibus īſiſtere nequeo q̄les ſunt ebrij aut īfirmi. Quintil. Sꝫ iugulaſti vulneratū titubantē ſtrauiſti. Trāſfert̃ ad aīum vt apud eūdē. Neq; vlla vnq̄ tāta fuerit dicēdi facultas q̄ nō titubet aut hereat quotiēs ab aīo verba diſſentiūt. Titubare quoq; līgua ⁊ dētes dn̄r. Lac. de ira dei. Areſcāt oculi os tremat lingua titubet dētes cōcrepent.

Tithymalus. pe. cor. genus fruticis que a noſtris lactuca marina đr Col. lib. x. Tithymalus maiorū quoq; aīaliū vētrē ſoluit. Idē paulo ſupra. Maximuſq; vl̄ minimus annuus eaꝝ labor eſt initio veris quo tithymali floret frutex.

Tityrus. pe. cor. nomē paſtoris ⁊ apud nos aries maior đr.

Tityus. Iouis filius. De quo Virg. li. vj. Necnon ⁊ tityon terre oīptis alūnū cernere erat. Hic vt fertur in fabulis cū latōe vim inferre vellet ab Apolline ſagittis cōfoſſus apud īferos magno cū cruciatu demerſus fuit. Ouid. li. j. de pō. Sic in cōſumptū tityi ſempq; renaſcens: nō perit vt poſſit ſepe perire iecur. Huius magnitudieꝫ corporis poete dixerunt fuiſſe nouem iugerū. vn̄ Tibul. Porrectuſq; nouem tityus per iugera terre: aſſiduas atro viſcere paſcit aues.

Tithonus. pe. p. fuit Laomedontis filius. Qui vt fabule ferunt cum iuuenis eſſet ⁊ decorus ab aurora dilectus ⁊ raptus fuit Ex qua memnonem genuit ſed tandem poſt longiſſimaꝫ vitam audita Memnonis filij morte in cicadam verſus dicit̃ dicente. Horatio. Longa tithonum minuit ſenectus.

Tmolus.pe.p. Mons lydię: vt ſcribit Ply. lib.v. croco floꝛentiſſimus ⁊ vitibus ↄſitus. Ser. ſcribit eum eſſe cilicię: de quo Ouid. Riget arduus alto tmolus in aſcenſu cliuoq; extēſus vtroq; ſardibus hinc illic paruis finitur hipeppis. Eſt ergo iuxta ſardis quę vꝛbs ex herodoti plyniiq; teſtimonio in lydia eſt. A quo ⁊ nomen flumini datū eſt. Ply.lib. xxxiij. Nō ſolitū inueniri niſi in flumine tmolo. Apud Col.lib.iiij. Tmolus videtur eē genus arbuſculę cuius floꝛe ſint crocei. A poetis tamen quandoq; ſuperaddi.i.poſt.t.inuenimus. Ouid.li. vj.meta. Diſeruere ſui nymphę vineta timoli.

T ante O

Tocos a ticto pario eſt id quod coꝛrupte dicimus ſtocus: pꝛępoſito.i.ſicut fęnus a fętu.

Toga veſtis cōis oīum romanoꝝ tā fęminaꝝ q̄ȝ mariū: ſȝ ꝑtexta honeſtioꝝ: toga viliorū. Dicta toga a tegēdo ꝙ coꝛpus tegat. Hęc laxa erat ⁊ inſinū multis criſpulis ſubtracta ſuccingebat᷑. Tibul. Et fluit effuſo cui toga laxa ſinu. Hinc romani togati dn̄r. Uirg. Romanos rex dn̄os gētēq; togatā: qm̄ vō in pace tm̄ togę vſus erat (nā in bello diſpoſita toga chlamydē ſumebāt aut lenā) factū eſt vt toga ꝓ pace: ſicut arma ꝓ bello ponat᷑. Ply. Ut dubiū ſit toga ne an bello ꝑſtātioꝛ fuerit. Togarū vō varia erāt gn̄a. Ut toga ꝑtexta: toga virilis: toga picta: toga regia: q̄ erat auro ⁊ purpura ītexta q̄ reges vtebātur q̄ a Liuio inter īſignia triūphātis numerat᷑ purpurea an̄ vocitata ⁊ erat ſine pictura. Tunica palmata a latitudine clauorū dicebat᷑ quę nūc a genere picturę picta appellatur. Interdum toga accipitur pꝛo peculiari habitu clientum ⁊ ſalutatoꝛum qui togati ibant ſalutatum vt ſpoꝛtulam conſequerentur. Mar. Mane vel a media nocte togatus ero.

Togati.togis induti. Un̄ romani togati dicti ſunt qm̄ toga romanoꝝ ꝓpꝛia erat. Sic hi qui ꝑncipes ciuitatis officij gratia in foꝛum deducebant ac deinde domū reducebāt: qm̄ togis amicti erant togati vocabantur. Iuue. Turbę rapienda togatę. Hi etiam per diminutionem togatuli dicebantur.

Togatę comędię: q̄ ſcriptę ſunt ſ̄m ritus romanoꝝ ſicut gręcas fabulas ab illoꝝ habitu palliatas appellamus. Nā gręci ſupꝛa tunicā pallium ferebāt. Togatę tabernarię dn̄r comędię in q̄bus nō magiſtratus ſȝ humiles pſonę īducūt᷑. Dictę tabernarię ꝙ olim tabulis domus cōiter tegerentur.

Tolero.as. verbum eſt mala patientis a cuius participio fit toleranter tolerantia: ⁊ toleratus.us. vt hoc eſt difficile toleratu. per ſimplex.l. ſemper ſcribitur.

Tollo.is. ſuſtuli ⁊ ſ̄ȝ antiquos tetuli ſublatū ſig̃t eleuo ſublimo Plau. Tolle caput Ulp. Ius vicino nō eſſe altius ędes tollerę. Aliqn̄ tollere eſt capere. Uirg.li.iiij.ge. Et ſępe lapillos vt cimbę īſtabiles fluctu iactante ſaburrā. Aliqn̄ ſuſcipe. Sue. de neronis parēte. Deceſſitq; pyrgis moꝛbo aquę intercutis ſublato filio nerone ex agrippina germanico genito. Aliqn̄ nutrire. Ter. Quicq̄d peperiſſet decreuerūt tollere. Aliqn̄ auferre. Ci.in Lel. Solē eni de mūdo tollere vident᷑: q̄ amicitiā e vita tollunt. Aliqn̄ differre. Plau. Oēs tollo ex hoc die in aliū diem. Aliqn̄ īferre. Uirg. Tollentēq; minas ⁊ ſibila colla tumentē. Cōpoſita huius verbi ſūt. Attollo qδ eſt in altuȝ eleuo. Contollo ↄtollo. Plau.in aul. Contollā gradū. Extollo in altū eleuo exalto magnifico. Plau.in am. Deuolant angues iubati deoꝛſum in pluuiū duo maximi ↄtinuo extollūt ambo capita. Salu. Ita eoꝝ qui ea fecere tanta habet᷑: quantum ea verbis potuere extollere pꝛęclara ingenia. Interduȝ differo. Cęcil. Abi inito: atq; iſtęc aufer tamē hodię extollat nuptias. Pꝛotollo ⁊ ſuſtollo de quibus locis ſuis.

Tolles dn̄r ꝙ tollant᷑ ⁊ tumeant. Cuius dimi. tonſillę quę ſūt in hoīe ſicut glādulę in Sue. cū tumoꝛ fauces occupat.

Tolutim.pe.pꝛo. quaſi volutim. Hoc eſt volubiliter. Uarro. Ut ęquus quid ad vehendum eſt natus: tamen traditur magiſtro vt ęquiſo doceat tolutim īcendere. Adequitatio hęc ευδρομος a Iulio polluce dicitur quia carpat in curſu terrā ⁊ tollat volubiliter ac modice veſtigia.

Tolutarius: ſiue tolutaris ęquus: q̄ſi volutarius a pedū volubilitate q̄ alio noīe aſturco ab aſturia hiſpanię oppido appellat᷑. Hos gradarios vocamus q̄ molli gradu ⁊ ſine ſuccuſſatura geſtāt. vn̄ Mar. Hic breuis ad numeꝝ rapidos q̄ colligit vngues: venit ab armigeris gentibus aſtur ęquus. Sene. in epl̄is. Aſturconibus inquit ⁊ tolutaribus in annis.

Tolutiloquentia: volubilis locutio. Neuius. O peſtifera trux acerba tolutiloquentia.

Tomacula: vel per ſyncopē tomacla edulia ſūt: quę fere ex iecore poꝛcino minutatim cōciſo ⁊ iā ſemicocto: inſuſis ouis crudis ⁊ caſeo optīo: ⁊ liq̄mine pipere aniſo gingibere fieri conſueuerūt teguntur q; omēto ſuillo. Huius Tomacinę appellant᷑ q̄ tomacula inſubꝛes galli nr̄is tpibꝰ tomacellas. Iuue. Candiduli diuina tomacula poꝛci. Uar. Quot annis e gallia appoꝛtant᷑ romā ꝑnę tomacinę ⁊ tomacę ⁊ petaſones.

Tomices.pe.coꝛ. gręco noīe appellant᷑ ex canabi īpolito ⁊ ſparto leniter toꝛtę reſtes: ex q̄bus funes fiūt. Ply.li.xvij. Tomice moꝛis ſpinarū circūlita. Uictru.lib.vij. docet aſſeres tomice religandos. Puluilli quoq; quos in collo habent animalia ne reſte ledantur tomices vocantur.

Tomētū: lana breuis ac cōciſa q̄ ex veſtibus a fullone poliendo detrahit᷑ ⁊ q̄cq̄d farciminis ex q̄cunq; re ſiue ex fęno ⁊ palea ſiue ex pluma fuerit quo culcitre ſarciunt᷑. Uar. poſtq̄ȝ tranſierūt ad culcitras ꝙ in eas ſagos aut tomētū aluidue q̄d calcabāt ab īcalcādo culcitra dicta. Uidet᷑ aūt tomētū deduci a τεμνω qδ ſig̃t īcido: ſicut ⁊ tomos ⁊ tomicus. Sene. Nihil miſerius ero ſi ſup tomentū circenſe cubabo. Sue. in Tibe. Adeo alimenta druſo ſubducta vt tomētū ex culcitra tentauerit mādere. Tomētoꝝ āt aliud leuconicū dicebatur qδ fiebat ex lana alba ↄciſa. Aliud circēſe ex harundinibus cōciſis factū. Idq; ſtramētū hēbat᷑ plebeioꝛū dictū circēſe ꝙ in circo romano: ſternebat᷑ illicq; egeſtoſi quieſcebant. Sene. lib. de beata vita. Nihilo miſerius ero ſi laſſa ceruix mea in manipulo ferri acquieſcat ſi ſup circenſe tomentū ꝑ ſarcinas veteris lintei effluens incubabo. Mar. Tomentū cōciſa palus circenſe vocat᷑. Hęc ꝓ leuconico ſtramina pauper emit.

Tomos ciuitas in pōto ab eo dicta: ꝙ illic Medea Abſyrti fratris mēbꝛa fruſtulatim cōcidit. Ouid. Inde tomos dictus locus hic q̄ fert᷑ in illo mēbꝛa ſoꝛoꝛ fratris ↄſecuiſſe ſui. Item tomos fragmentū libꝛi eſt abſciſſum. Qδ tn̄ ⁊ pꝛo ipſo libꝛo ſeu volumine imperfecto accipit᷑. vn̄ Oꝛigenes tertiū libꝛoꝝ ſuoꝝ genus tomos inſcripſit quos: vt ait Hiero. Nos poſſumus appellare volumina. Idem ait. Edidit innumerabiles cōmentarios quos ipſe appellat tomos.

Tomyris.pe.coꝛ. fuit regina nobilis. Maſſagetarū in ſcythia q̄ cyrū debellauit ⁊ īteremit. De q̄ Hero. ⁊ Iuſtinus ſcripſerūt

Tōdeo.es. totōdi tōſum lȝ eiꝰ cōpoſita nō geminēt ſyllabā pt̄i ⁊ ſig̃t lanā ſiue capillos ⁊ hmōi incido. Hiero. ī li. R̸. Accidit vt tonderet᷑ grex eiꝰ ī carmelo. Ci.li.v.tuſ. Regię v̄gines vt tonſtriculę tondebāt barbā ⁊ capillū pr̄is. Et tondere paſcere ⁊ aliqn̄ ſecare. Uirg.lib.j.ge. Ter centū niuei tondent dumenta iuuenci. Idem. Nocte arida pꝛata tondent᷑.i. ſecant ur. Huius verbi cōpoſita ſunt. Attondeo qδ eſt pfecte tōdeo. Hier. ad marcellā. Et curua attondens vitem falce vinitoꝛ aliquid dauidicū cantat. Plau. in cap. Sȝ vtrū ſtrictiȝ me attonſurū eſſe dicam: an per pectinem neſcio. Detondeo de quo ſupꝛa.

Tonſo.as. frequentatiuū. vnde ⁊ detonſo. Gel. Capillus dialis niſi qui liber homo eſt non detonſet.

Tonſus.a.um. participiū qδ eſt coma abſciſſa: vt tonſus hō: ſicut ītonſus capillatus. Hinc tonſi montes q̄ ſyluis carēt. Intonſi ſyluoſi. Uar. Intōſi mōtes ⁊ feris pleni. Aliqn̄ tonſus ponit᷑ ꝓ minuto. Uirg. Tonſiſq; ferūt mantilia vilis. Tonſa oliua dr̄ quę minutis frondibus compta eſt: q̄ſi a tonſoꝛe cōpoſita. Uirg.li.v. Ipſę caput tonſę folijs euinctus oliuę. Idē Tonſiſq; ferunt mantilia vilis. Tonſus.us. nomen idem qδ tonſio ⁊ tonſura. Tonſoꝛ ⁊ tonſtrix nomina verbalia.

Tonſę dicuntur oues. Hierony. in canticis. Dentes tui ſicut greges tonſarum quę aſcenderunt de lauachꝛo. Et tonſę dicuntur remi a circuncidendis fluctibus. Uirg.lib.vij. Et in lento luctantur marmoꝛe tonſę.